

8880 (ins. post n. 4192) Bagnoli nel giardino di casa Camplani GELM. Frustra quaesivit PONT.

PATRI-IO  
VIR-TR-M

Ex Gelminii schedis misit P. da Ponte. Est in ed. separata n. 890a.

8881 (ins. post n. 4196) Bagnoli nel giardino di casa Camplani GELMIN. PONT.

LIGVPI

Ex Gelminii schedis excerpit et ad lapidem recognovit P. da Ponte.

XLV. B R I X I A (p. 426).

ad p. 428 n. VI. Bossii librum examinavit a. 1874 Bormannus; extat Arimini in bibliotheca Gambulungana D. IV. 40, scriptus saec. XV exeunte vel incipiente saec. XVI, inscriptus sic: 'epitaph. Veronae et alibi collecta'. Incipit a n. 365\*; sequuntur n. 4298. 4435. 4647. 4859 cet. Veronensia insunt complura, alia non ita multa Brixiana Bergomatia Mediolanensia, urbana multa. Nobis visum est hoc libro nos posse carere.

ad p. 431 n. XVI. Thaddaei Solatii liber is, ex quo descriptus est Montfauconianus, antea frustra a me quaesitus, nuper una cum Valvasoniano (v. p. 1023) ad me perlatus est repertus a Zangemeistero in insigni bibliotheca Cokiana sive Leicestriana Holkhamensi n. 416, mihi autem Berolinum missus officiose a domino. Inscriptum habet nomen Pauli Gualdi (v. p. 305), qui in fine Vicetina adscripsit ea de quibus diximus p. 1074. Praescriptiones libri plane tales sunt quales exhibui ex apographo Montfauconiano. Ipse liber epigrammata continens CLVIII satis emendate scriptus est, nec tamen pro ipso archetypum habendus: nam in titulo n. 4858 post SVAVI quae sequuntur in libro Traiectino, hic deficiunt et alia quoque licet pauca solus habet Traiectinus ex hoc nequaquam descriptus. Examinavi totum quaeque utilia suppeditavit non multa, additamentis his inserui. Ad n. 4713 auctor adnotat: 'bone deus, quot ibi fragmenta reperiuntur'. — [Post corpus Brixianum sequuntur notae Valerii Probi quae dicuntur, vere Ferrarini aetate notis maximam partem falsis composita. — Item archetypum Traiectini postea mihi innotuit, scilicet codex olim Dorvillianus, iam bibliothecae Bodleianae X. 1. 1. 30. Hunc tamen non examinavi.

ad p. 432 n. XVII, 4. Ad Metelliana haec accedit supplementum cod. Vat. 6040 f. 3 titulorum postea repertorum Brixiae, de quo dixi in add. ad n. 4462.

ad p. 439. XLIX. Huius ipsius corporis pars Brixiana ita quoque prodiit, ut operis Labusiani *museo Bresciano illustrato* (v. c. XLIII) pars altera sit, ita inscripta: 'Inscriptiones urbis Brixiae et agri Brixiani Latinae iussu Athenaei Brixiani, permissu academiae Berolinensis ex corporis inscriptionum Latinarum vol. V seorsum edidit Theodorus Mommsen. Berolini 1874 fol.' Continentur eo volumine edito cura Athenaei Brixiani inscriptiones hae:

ed. separatae	corporis huius
c. I n. 1—657	n. 4197—4851
c. II n. 658—693	n. 4852—4887
c. III n. 694—723	n. 4981—5010
c. IV n. 724—744	n. 4888—4908
c. V n. 745—769	n. 4809—4933
c. VI n. 770—817	n. 4934—4980
c. VII n. 818—892a	n. 4122—4196
c. VIII n. 893—914	n. 4034—4054b
c. IX n. 915—934	n. 4014—4033
c. X n. 935—949	n. 8023—8032. 8040—8043. 8046.
falsae et alienae n. 1*—199*	n. 458*—583*
additam. n. 950—52	n. 8883. 8884. 8891.

ad n. 4209. v. 3 supra i in BIEI adesse accentum vidi ego monitus a Garruccio *accenti* p. XII.

ad n. 4232. Habet Solatius n. 101.

ad n. 4303. Recognoscens titulum excepi sic:

SIGENOMI  
ESTITVS  
S·L·M

ad n. 4329. Mattius in orthographia (1599) sic ait: '*fecialis* cum c habet antiquus lapis Brixiae in divae Iuliae. Nam Sigonii Parvini Manucii ducti sunt in fraudem ab iis qui audita ab aliis retulerunt. Apud me est testimonium oculati testis et descriptoris diligentissimi, qui universas inscriptiones urbis et agri Brixiani admirabili diligentia et fide collegit'. Habuit igitur Mattius codicem aliquem ex Solatianis.

ad n. 4342. Solatius bis habet n. 52 forma vulgari, n. 56 auctam versu uno sic:

L·FILIACVLAE C F

ad n. 4347. Legitur vol. VI n. 1475 titulus eiusdem urbanus, ubi tribus est non *Pal.*, sed *Gal.* Altero utro loco igitur lapicida erravit.

ad n. 4368. Oct. Rossi in alio libro (*historia de' gloriosissimi santi Martiri Faustino et Giuvita Brixiae* 1624. 8) p. 9 ait titulum ex ecclesia S. Faustini venisse ad Ludovicum Baitello Giudice.

ad n. 4373. De Metello vide add. ad n. 4462.

ad n. 4392. Erravi ego, non Labus. Conferendus fuit titulus Pisarenis (Orell. 2675) positus *L. Apuleio Braside habenti IIII lib(ero) ius dat(um) ab imp. !!!!!!!! Au(gusto)*. Id ius quodnam fuerit, ignoratur, quamquam cum concedatur hominibus condicionis libertinae, putandum est cum natalium restitutione aliquatenus coniunctum esse.

ad n. 4403. Habet item Pingonius ms. f. 226.

ad n. 4413. De Metello vide add. ad n. 4462.

ad n. 4416. Solatius legit ut Montf. 3 PROSIDICO, 6 AVG, 10 /ATIS/// IN TVT HS N D.

ad n. 4421. Addendum esse v. 2 accentum in ANTONIO recte monuit Garruccius *accenti* p. IX.

ad n. 4425. Habet item Solatius n. 99.

ad n. 4431. Dedit etiam Grattarolus p. 131 sic: C·IVLIVS·AQVILINS·PATRI.

ad n. 4462. Habet Metellus Vat. 6040 f. 3 hanc et n. 4373. 4413. 4558. 4751 sub praescriptione: 'Brixiae apud forum piscarium nuper effossum'; exempla eadem sunt atque Manutiana. Inde Gruterus hanc certe descriptam accepit a Gutenstenio 'ex Ursini schedis' eamque interpolatam; in codice autem interpolationes non comparent, quae veniunt, ut dixi, a Gutenstenio.

ad n. 4480. Lazzariana sumpta sunt ex Furlani Asulanis appendicis c. V (v. supra p. 1068). Tituli forma Asulana videtur redire ad Lugatum. Verum exemplum idem Furlanus e. c. affert missum sibi a guardiano Capucinatorum qui sunt Salò Petro de S. Eufemia, cuius apographi hi sunt versus duo extremi: TVMIO PRIMIONI | MIAE·QVARTAE·A·B·IV·

ad n. 4507. Guarnierius vidit a. 1782, unde emenda v. 5 VLIC

ad n. 4549 extat in ecclesia S. Salvatoris, quae est sub altera S. Iuliae, ubi adscenditur ad aediculam primam, in gradu. Ita da Ponte.